

## Klassieke Olympiaden Latijn donderdag 22 november 2012 Utrecht

*Gnaeus Dolabella is in 79 v. Chr. benoemd tot gouverneur in Klein-Azië. In de onderstaande tekst wordt verteld dat hij wordt geconfronteerd met een gifmoord gepleegd door een vrouw. Gezien de feiten besluit hij deze zaak door te verwijzen naar de Ariopagus in Athene.*

Ad Cn. Dolabellam proconsulari imperio provinciam Asiam obtinentem deducta mulier Smyrnaea est. Eadem mulier virum et filium eodem tempore, venenis clam datis, vita interfecerat atque id fecisse se confitebatur dicebatque habuisse se faciendi causam, quoniam idem illi maritus et filius alterum filium  
5 mulieris ex viro priore genitum, adolescentem optimum et innocentissimum, exceptum insidiis occidissent. Idque ita esse factum controversia non erat.

Dolabella retulit ad consilium. Nemo quisquam ex consilio sententiam ferre in causa tam ancipiti audebat, quod et confessum veneficium, quo maritus et filius necati forent, non admittendum inpunitum videbatur et digna  
10 tamen poena in homines sceleratos vindicatum fuisset. Dolabella eam rem Athenas ad Ariopagitas ut ad iudices graviores exercitatioresque reiecit. Ariopagitae cognita causa accusatorem mulieris et ipsam, quae accusabatur, centesimo anno adesse iusserunt. Sic neque absolutum mulieris veneficium est, quod per leges non licuit, neque nocens damnata poenitaque, quae digna  
15 venia fuit. Scripta haec historiast in libro Valerii Maximi factorum et dictorum memorabilium nono.

Uit: Aulus Gellius, *Noctes Atticae* XII. 7

## Aantekeningen

1	proconsulare imperium	<i>vertaal:</i> de bevoegdheid van een proconsul
2	Smyrnaeus	uit Smyrna ( <i>een stad in Klein-Azië</i> )
3	vita interficio	van het leven beroven
4	faciendi quoniam + <i>conj.</i> idem illi maritus et filius	<i>vul aan als lijdend voorwerp:</i> id omdat volgens haar <i>vertaal:</i> haar man en zoon
5	gigno, <i>PPP</i> genitus	voortbrengen
6	excipio controversia	overvallen twistpunt, geschilpunt
7	retuli consilium nemo quisquam	= rettuli adviesraad <i>vertaal:</i> helemaal niemand
8	causa confessus	<i>hier:</i> zaak <i>hier:</i> toegegeven
9	necati forent admittendum admitto impunitum	= necati essent <i>vul aan:</i> esse ongestraft laten
9-10	digna poena	<i>ablativus enkelvoud</i>
10	vindicatum ... fuisset vindicatum est	= vindicatum esset er is opgetreden
11	Ariopagitae  ut	Ariopagiten ( <i>leden van het hoogste gerechtshof in Athene</i> ) als
13	adsum absolvo	opnieuw verschijnen kwijschelden
14	per + <i>acc.</i> damnata poenitaque poenita	volgens <i>vul aan:</i> est = <i>punita</i>
15	historiast Valerius Maximus	= historia est <i>schrijver van een boek over anekdoten</i>
16	nono	<i>congrueert met libro</i>